





gnoscere per reflectionem eundem actum illum, v.gr. quo cognoscimus ensia rationis, & logicalia, & hujusmodi non sensibilia. Idem probat ex assensu primorum principiorum, conclusionem scientificarum, & evidentiarum discursus, qui nequit intellectus diffentiri; cum ergo actus hujusmodi ulli potest sentiri, & venire nequeant, necessario fatendum est in homine dari potentiam aliquam, & formam non sensitivam, sed intellectivam, & qui negaret, inquit, has experientias repellendus esset tamquam insensatus, & irrationalis. Rursus id probat ex alia hominis operatione, quia homo est dominus suorum actuum, ita quod in potestate ejus est determinare se ad hoc, vel oppositum, & hoc non tantum ex fide notum est, sed etiam per rationem naturalem, sed illa indeterminatio non potest poni in aliquo appetitu organico, vel extenso, quia quilibet appetitus organicus, vel materialis determinatur ad certum genus appetituum sibi convenienti, ita quod illud apprehensum non potest non convenire, nec appetitus non approbare, ergo voluntas quia sic indeterminata volumus, non est appetitus alicujus forme materialis, sed alicujus omnemphale excedentis, & hujusmodi est anima intellectiva. Tandem quamvis id sit naturaliter notum, animam, scilicet, intellectivam esse formam hominis specificam, non tamen hinc posse naturaliter deduci resurrectionem hominum esse futuram, probat Doctor lit. T. quia quod forma hominis sit immaterialis, spiritualis, & intellectiva, nil aliud concludit, nisi quod possit tendere in objecta spiritualia, & operari modo organico, ac indifferenti, non autem quod homo semel destructus, per hoc, quod fuit intellectivus; resurgere possit, ac debeat; sed sequeretur ad summum, si naturaliter cognosceretur animam esse immortalem, quod in sequenti quaestione discutremus.

14. Quarto queritur, an ex anime immortalitate probari possit resurrectionem hominum esse futuram, quia nimirum, si anima esse immortalis, & eterna, cum pars perpetua non possit stare sine toto, necessario latendum esset, reunendum tandem esset cum corpore. Respondet Doctor loc. cit. S. Pars diffinitiva, quod licet ad ostendendam anime immortalitatem sint rationes satis demonstrative, non tamen demonstrative, imo nec necessitate, & ita jam statuumus in lib. de Anima disput. 1. quæst. 10. ubi diximus anime rationalis immortalitatem esse de se, & pro statu isto, quamvis efficacissime rationibus probetur, non tamen vera, & rigorosa demonstratio ostendi posse, & hanc etiam esse communem omnium fere recentiorum opinionem, quamvis enim illi prima facie asserant, in conclusionibus esse hanc veritatem naturaliter demonstrabilem, attamen in probationibus fatentur rationes illas convincere intellectum bene insitutum, unde solum verbis a Scoto discrepant. Quod si de fide probatur ex Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, Lucæ 23. Hodie morietur cum eis in Paradiso, ex Concilio. Viennensi sub Clemente V. & Lateranensi sub Leone X. sect. 8. Quod autem non sit naturaliter demonstrabilis probavimus ibi cum Doctore, quia nequit a priori demonstrari, cum anime quidditatem non cognoscatur pro statu isto, nisi a posteriori, quia via non apparet ista immortalitatis necessitas, ut fuscè ibidem in solutione objectionum ostendimus, quibus nonnulli putant hanc immortalitatem demonstrare. Tum quia tot Philosophi in hoc non errassent, nec Arist. ista obscure hanc veritatem insinasset, nec D. August. 13. de Trin. c. 8. dixisset, difficile valde esse anime immortalitatem probare, si flectat hæc veritas naturaliter pro statu isto demonstrabilis.

15. Deinde subjungit Doctor loc. cit. S. De verba propositione quod etiam si admittetur anime immortalitatem ratione naturali posse demonstrari, non ad huc necessario deduceretur futura hominum resurrectio, quia rationes ille, quod pars extra totum est imperfecta, & convenienti non est, formam tam nobilem perpetuo imperfectam manere, & separatam a toto, item illa alia, quod nullum violentum est perpetuum. de Celo, & mundo text. 17. separatio autem corporis ab anima est violenta, quia contra inclinationem anime secundum Philosophum, quæ naturaliter inclinatur ad perficiendum corpus, & idè tandem reuniri deberet; inquit Doctor non concludit demonstratio naturalis. Non in die iudicii prima, quia illa propositio, pars extra totum est imperfecta, non est vera, nisi de parte, quæ recipit aliquam perfectionem in toto, anima autem non recipit, sed communicat, & sic potest formari ratio ad oppositum, quia non repugnat aliqui quæ perfectio in se manere, licet alteri perfectionem suam non communicet, ut patet de causa efficiente, cui non repugnat quantumcumque manere sine effectu suo, anima autem manet æquè perfecta in suo esse proprio, sive conjuncta, sive separata. Neque secunda ratio convincit de inclinatione naturali, quia æxioma illud. Nullum violentum est perpetuum; ait verificari tantum, quando violentum

est contra inclinationem receptivi suæ perfectionis; non verò, quando est contra inclinationem communicativam, unde distinguendum appetitum in eum, qui est recipiendi perfectionis, & eum, qui est communicandæ perfectionis, & hoc secundum modo sumptum ait non constituere violentum, dum separatur ab actu, & sic tantum competere anime de mente Philosophi. Ad id etiam dici posse secundum Avicennam, quod appetitus Anima etiam tunc est per hoc, quod semel perfectus corpus, quia illa conjunctio est ad hoc, ut anima mediante corpore acquirat suam perfectionem, id est, notitiam per sensus, quas non possit acquirere sine sensibus, & per consequens sine corpore; semel autem conjuncta acquirunt quantum ipsa simpliciter appetit acquirere eo modo, atque idè non adest alia inclinatio ejus ad corpus.

16. Quindò tandem Doctor loco cit. in fine quaestiones postquam ostendit Philosophos quamvis eruditissimos via naturali nec anime immortalitatem, nec corporum resurrectionem certò, & evidentè demonstrare potuisse, quaestione his verbis concludit, ut notavimus quæst. 10. cit. de Anima num. 15. Ex his apparet quædam sint gratie referenda inferiori ordi Creatoris, qui nos per fidem certissimos reddidit in his, quæ pertinent ad finem nostrum, & ad perpetuam sempiternam ad quæ ingeniosissimi, & eruditissimi quasi nihil poterant attingere, unde D. Augustinus lib. 13. de Trinitate cap. 9. ait in fine, quod vix pauci magno præditi ingenio vacantes otio ad indagandam anime immortalitatem potuerunt pervenire; sed si fides adit, quæ est in eis, quibus dedit Jesus filios Dei fieri, nulla quaestio est, quia ipse suos credentes in hoc certissimos reddidit. Et quantum ad resurrectionem hominum futuram sub lit. X. ita concludit. Brevis ratio, nec a priori per rationem principii intrinseci in homine, nec a posteriori, pta per rationem alicujus operationis, vel perfectionis congruentis homini, potest probari necessario resurrectio innitendo luminis naturali; & idè hoc tamquam omnino certum non tenetur, nisi per fidem; ita Scotus ibi, & sic etiam dicitur D. Bonaventura 4. diff. 43. art. 1. quæst. 1. ubi in resolutione quaestiones hujus, an resurrectio sit futura, inquit: Dicendum, quod recta fides docet resurrectionem corporum nostrorum esse futuram, & ad hoc credendum adjuvatur per fidem resurrectionis Christi jam factæ; si per hoc fidei fundamentum edificatur etiam per suam rationem quia quod resurrectio sit futura, exigit remuneratione divine justitiæ, quæ homini retribuit, sicut & meruit. Secundo confirmatio gloriæ, quæ omnem anime appetitum complebit, vel quietabit. Tertio perfectio nature, quæ consistit in toto composito, non in altera ipsa parte, & hæc sunt rationes supra fidem fundatæ. Ita dicitur Seraphicus Doctor l. cit. & alia plura de hac materia videri possunt apud Brancatum nostrum disp. 3. cit. art. 4.

ARTICULUS TERTIUS.

An omnes homines resurgant tempore iudicii universali.

17. PRIMO queritur, an omnes homines justii resurcturi sint. Et quidem certum est omnes homines sanctos, & justos, qui ante resurrectionem diem mortui fuerint, esse suscitandos, & hoc expressè docent Scripturæ, & Patrum testimonia, ut patet ex l. Corin. 15. & Athanasii Symbolo, ubi expressè habetur omnes homines mortuos esse suscitandos; solum ergo difficultas est de justis hominibus, qui tempore iudicii justii inventiuntur, & prope horam resurrectionis, & ratio dubitandi est, quia resurgere non potest, nisi qui cecidit, & mortuus est, isti autem non ceciderunt, cum mortui non fuerint. Hac de causa non desierunt, qui negaverunt homines justos tunc temporis viventes esse aut mortuos, aut resuscitandos, sed solum immutandos, aut transformandos in quatuor, & perfectionem gloriosorum corporum resurrectionem. Quod præsertim ex Paulo deducunt loc. cit. l. Corin. 15. ubi iuxta editionem Græcam sic legitur: Ecce mysterium vobis dico, non omnes quidem dormientes, omnes enim immutabimur, quorum verborum sensus est, non omnes justos esse resuscitandos, quia non omnes moriuntur, scilicet illi, qui in die iudicii vivi inveniuntur, omnes tamen fore ad statum gloriæ transferendos. Deinde ex alio Pauli testimonio 1. ad Thesal. 4. ubi de resurrectione loquens eorum, qui præcesserint, induens personam eorum, qui tunc exsistunt, ait, Deinde nos, qui reliquimur, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Tandem quia ex Symbolo habetur Christum esse venturum ad iudicandum vivos, & mortuos iuxta illud Act. 10. Ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viventium, & mortuorum, & illud ad Rom. 14. Christus in hoc mortuus est, & surrexit, ut vivorum, ac mortuorum dominetur; non possunt autem

tem hæc Scripturæ rebus intelligi, quam dicendo iudicaturum Christum, & eos quos viventes repererit in secundo ejus adventu, & alios ante mortuos, quia de causa Hieronymus in epist. ad Minerium ait, Doctores Ecclesiæ in hoc non convenire, & plures non infirmè notæ docere electos saltem, qui in fine Mundi in adventu Christi reperitur vivi, esse in vita occursum Domino, & sic semper cum eo mansuros, in qua opinione refert fuisse Origenem, Diodorum, Tarfenem, Didimum, Alefandrinum, Acajum, Casariensem, Apollinarium, & alios, quod etiam ratio suadet videtur, quia nulla potest assignari causa naturalis subitæ mortis tot hominum, nec enim credendum est iussu Dei omnes esse violenter interficiendos; & igne conflagrationis esse comburendos, ut aliqui dicunt; & creditu difficile videtur.

18. Verum quod omnes omnino morientur, etiam tempore iudicii viventes, & consequenter omnes homines justos verè, ac propriè esse resuscitandos, & consequenter prius esse mortuos, est communior, ac verior sententia Patrum, & Doctorum, cui proinde Ecclesiæ magis adherere docet D. Hieronymus epist. 152. cit. videturque magis conformis pluribus aliis Scripturæ locis, in quibus sine ulla exceptione, & limitatione asseritur omnes homines aliquando mortuos, ut ad Hebr. 9. Statu quo est omnis hominum semel mori. 1. ad Corin. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur ad Rom. 5. Ita & in omnes mors pertransiit, & aliis pluribus locis quæ fuscè referuntur a Suarez disp. 50. cit. sect. 2. & a Brancato nostro disput. 2. de Morte art. un. à qua generalitate non est ulla ratio sufficiens, ob quam illi excipiantur, qui viventi in novissimo die. Neque locus adductus ex Corinth. 15. iuxta editionem Græcam urget, nam vetus vulgata latina legit: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur, & vulgata editio præfert, ut decernit Concil. Trident. sess. 4. cap. 1. ubi postquam libros omnes Canonicos enumeravit, in quos & Epistolæ Pauli ad Corin. recenentur, concludit: Si quis autem libros ipsos integros non omnibus suis paribus, prout in Ecclesia Catholica leguntur fuerint, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro scriptis, & Canonice non suscipiunt, & anathema sit. Deinde si alii editionibus aliquid auctoritatis tribuendum esset, verbum dormientes potest intelligi de dormitione mortis pro diuturno tempore, qualis non accidit illis, qui vivunt in die iudicii, quia post mortem statim resurgunt, ut plures exponunt apud Suarez loco cit. Et tunc anime exponendus est alius locus Pauli 1. ad Thesal. 4. nimirum eos, qui tunc vivi reperientur, paulo ante generalem resurrectionem esse mortuos, sed quia modicum erit tempus inter mortem eorum, & resurrectionem, & idè Paulus de illis tamquam de viventibus loquitur distincte modo, quam de aliis jam dudum mortuis, & sic hunc locum exponit Occumenius, & D. Thom. apud Suarez ibidem. Quomodo autem Christus dicatur iudicaturus vivos, & mortuos, D. August. in Enchirid. cap. 55. ait, quod vivi, qui scilicet, inventiuntur veniente Domino, erant ab eo iudicandi, sicut, & antea mortui, hinc tamen non sequi, quod inventi tunc vivi non sint mortui, vel cum alii dicant esse per mortuos intelligi omnes, qui præcesserint, per vivos verò intelligi omnes, qui actu vivunt, vel vivunt usque ad finem mundi.

19. Quomodo tandem tunc viventes sint morituri, & quo genere mortis, dicendum est multos faxe perituros, alios peste, alios nimio timore, alios denique ex æris intemperie, & magna Cœlorum, ac elementorum perturbatione, quia non solum homines, sed etiam cætera interficient animalia iuxta illud Joan. in Apoc. de illo tempore loquentis, ubi ait Datum esse potestatem mori super quatuor potestates terræ interficere fame, & gladio, & morte, & bestis terræ. Immo Brancatus noster disp. 11. art. 9. plurimos ostendit etiam electos, qui ante iudicium vivi reperientur, igne conflagratos esse, ut purgentur, & hæc fuit expressa sententia D. Thomæ 4. diff. 47. artic. 4. ad 3. & D. Bonavent. ibidem quæst. ult. ubi ait futuram esse ignis conflagrationem in iudicio ad electos aut purificationem, quia debet uniuscujusque opus probari, & purgari in igne, ut totaliter stantur mundati in conspectu Dei, & hic præcedet faciem Iudicis; & purgatio amicos inflammabit in circuitu inimicos ejus; & in fine illius quaestions ait, quod ille ignis erit ad purificationem, & idè ficut tres pueri in camino ignis ardens divina sunt virtute servati illi, sic fieri in illo igne, qui electos purgabit. Addit D. Thomas loco cit. etiam electos conflagratione ignis esse mortuos, & quidem cum dolore, qui purgatione egeant, quiverò non, absque dolore secundum peccati quantitatem divina iustitia faciente. Hac igitur est ratio communis, & verior, ac probabilior sententia, omnes homines etiam electos ante Christi adventum, & universalem resurrectionem esse mortuos; quam verè sit certa hæc sententia, sed in quo certitudinis gradu, Doctores non conveniunt. Aliqui enim pu-

tant esse de fide propter testimonium Pauli adductum, quod Omnes resurgemus, & generales Scripturarum locutiones, & quia in Symbolis fidei præsertim Athanasii dicitur in iudicio universali ad Christi adventum omnes homines resuscituros. Alii dicunt, quod quamvis hæc secunda sententia non sit de fide, esse tamen adeo certam, ut opposita fiat ad minus temeraria Verùm Suarez sect. 2. cit. in fine, asserit ex Augustino, & communi Scolasticorum consensu, non solum non esse de fide, quia nulla est in hoc Ecclesiæ determinatio, & loca Scripturæ variis modis a Patribus exponuntur, sed nec etiam oppositam temeritatis non esse censurandam, cum totæ tantum Patres illam sententiam docuerint, neque post illorum Patrum tempora, nova aliqua ratio, aut testimonium inventum sit, quod hæc veritas magis illustraretur, aut firmaretur, quare concludit ab omni ætate prioris sententiæ abstinentium esse, & posteriorum probabiliorum solum, & simpliciter veram esse appellandam ut antiquiores Theologi loquuntur.

20. Secundo queritur, an etiam homines damnati resurcturi sint; & ratio dubitandi sumitur ex nonnullis Sacræ Scripturæ locis, scilicet ex psalm. 21. Non resurgens impius in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum, & Daniel 13. Multi de his, qui in pulvere dormiant, vigilabunt; ergo si multi omnes, est autem ibi sermo de resurrectione, & Michæ 7. Patius est ab hominibus morti datus, quam expellere a Deo, iterum ab ipso resuscitandus, tibi enim resurrectio ad vitam non erit, scilicet peccatori, & iniquo. Hoc etiam ratio ipsa suadet videtur, quia pro peccato, quod anima est operata in corpore, sufficienter expunitur in Purgatorio sine corpore; ergo pari ratione etiam in Inferno sufficienter pro utroque puniuntur. Certum tamen est, ac de fide omnes damnatos ad infernum propter peccata propria esse in generali resurrectione excitandos, ut docet D. Bonavent. cum cæteris Scholasticis 4. d. 43. art. 1. quæst. 4. quod probat ex illo Jo. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona operati sunt, & non possunt omnes audire vocem nisi omnes resurgant, & ibi Glossa Interlinear. ait omnes tam boni, quam mali, & Matth. 25. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, congregabuntur autem cum omnes gentes, & separabis eos ab invicem, sicut Pastor segregat oves ab hædis, & hæc tunc quidem oves dixerunt, hæc autem dixerunt; ergo non tantum boni, sed etiam mali ante faciem Christi se fissent in die iudicii, sic etiam loquitur Paulus ad Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi, & 1. Corin. cap. 5. Omnes nos non manifestari oportet ante tribunal Christi, & ita definitum est in Concilio Lateranensi, & habetur in cap. Firmiter. De summa Trinitate; & ipsa quoque ratio suadet, quia finis resurrectionis, ut ait Apostolus loc. cit. est, ut unusquisque referat propria corporis, prout gessit sive bonum, sive malum, & iusti nedum secundum animam, sed etiam secundum corpus præmium recipiant, & reprobi pariter secundum utrumque supplicium, ergo nedum electi, sed etiam damnati resurgant. Ad primum Scripturæ testimonium Suarez loc. cit. sect. 3. plures Patrum expositione adducit, sed communior, & facilius est quod intelligatur de resurrectione ad vitam, quia nimirum impii in iudicio non resurgant, sicut iusti, nempe ad vitam, scilicet textus ipse indicat, & sic etiam patet ad tertium. Ad secundum respondet D. vis Bonavent. cit. cum August. 20. de Civit. capit. 6. quod ly multi significat omnes, & quod talis modus loquendi frequenter in Scriptura invenitur, ut ad Roman. 5. Unius delicti multi mortui sunt, & Matth. 26. Qui pro vobis, ac pro omnibus fundetur, & ita etiam textum illum declarat Glossa Interlinear. Lyranus, Theodoretus, & alii. Ad rationem negat D. Bonavent. cit. paritatem, quia Purgatorium dicit transiitum, non terminum, nec dicit statum, sed status supplementum, ut quia preclusi est homini per mortem via merendi, & peccatum in ultimum transit nec poterat, nec debebat, constituit Dominus locum poenæ, per quem anima transiret ad patriam, ut anima solvat separata, quod tamen fecit conjuncta; & quia hoc magis dicit supplementum, quam terminum, idè corpus resurmi oportet.

21. Tertio queritur, an etiam parvuli, & infantes sint resurcturi; & ratio dubitandi sumitur etiam ex nonnullis Scripturæ locis, nam Christus Matth. 25. de resurrectione loquens in die iudicii de adultis tantum mentionem facit, quibus docet Esauit, & delisti mihi manducare, &c. & ipsi respondebunt Domine quando te vidimus viventem, aut sitientem, id autem non convenit parvulis, & infantibus. Deinde illi tantum resurgant, qui relati sunt, quæ in corpore gesserunt vite bona, sive mala ex 1. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore suo sive bonum, sive malum, hæc autem parvullis, & infantibus sunt impropria. Hoc etiam ratio suadet videtur, quia resurrectio ad hoc

redibunt, & eundem numero motum repetent, quem prius fecerunt, atque ideo totidem numeri effectus reproducent. Imo & Ecclesiastes ipse c. 1. pro hac circulatione Platonica ita videtur, dum inquit nihil efficit sub Sole novum, nec posse quemquam dicere etiam hoc jam relictum esse, jam enim praecessit in factis, quae sunt ante nos. Hae tamen opinio late improbat a D. Augusti. loc. cit. ut refert Scotus 4. d. 43. cit. qu. 3. pluribus Scripturae locis *Crispus veritatem a mortuis iam non moriturus*, & c. Rom. 6. *Scilicet cum Dominus trionis ad Thesal. 4. Tu Dominus servabitur*, & *quod dicitur in generatione hac in aeternum*. Psal. 21. Unde sic opinantibus bene subdit Platinista, inquit Augustinus, *in circuitu impij ambulans, id est dicunt rediciones circulares*. Reprobat etiam hoc figmentum per rationem ex beatitudine deducit, ut diximus quod 7. cit. art. 1. ubi inquit, quia secundum illum circulum nulla esset vera beatitudo, eo quod anima beata reditura esset ad miseriam, quas prius habuit, & ita dum beata est, aut credit se nunquam redituram, & sic falsa opinio beata est, aut credit se nunquam redituram, & sic falsa opinio non est beata. Resellit tandem hanc fabulam Doctor loc. cit. ejus fundamentum destruyendo; concesso enim quod octava sphaera reditura sit tandem post suam completam circulationem ad idem punctum, a quo moveri cepit, fallum tamen est, quod reliqui Orbis caelestes ad idem etiam redirent punctum, a quo moveri ceperunt, ut Astrologi contra Platonem certis demonstrationibus concludunt, quia motus orbium caelestium adeo inter se variis sunt, ut inconmensurabiles censentur, ita quod nunquam omnes conjunctum ad eundem finem, & aspectum, quem antea habuerunt, redire valeant, ut bene Clavius demonstrat in c. 1. Iphere, §. De periodis motuum caelestium. Tum etiam quia haec ratio est diminuta, subdit Doctor, quia ad identitatem effectus non sufficit causa efficiens, sed praeter ea eadem materia requiritur; materia vero tunc, cum omnes orbis caelestes ad eundem finem recurrerint, potest esse alia, vel alium finem habere in comparatione ad Coelum, quia per actionem agentis liberi possunt corpora impediri, ne sint in eo situ, ubi prius erant, & etiam per actionem naturalem potest aliquod corpus esse divinum, & ita materia dispersa. Cum autem ait Ecclesiastes nihil esse sub Sole novum, & eadem praedicat, quae sunt, & erunt, hoc D. Augustinus apud Scotum declarat intelligendum esse, non de identitate numerali, sed ut ipsi ea, ut generica, vel certe praecipue in mente divina, & ideo nihil recessus sub Sole, quia in praedestinatione Dei jam facta sunt omnia.

7. Rejecta itaque circulatione Platonica inquit Doctor qu. 3. citat. *Quantum ad istam articulum*, pro resolutione quaeritur in ordine ad potentiam naturalem de facto, & juxta communem naturae cursum, nec omnis, nec aliquos effectus redire, nullam tamen impotentiam intrinsecam assignari posse ex parte causarum naturalium, sed solum extrinsecum impedimentum, unde si Doctor accuratè legatur, non ait de facto aliquos effectus redire viribus naturae, ut passim ei imponitur, etiam a Scoticis, ut ad verius loco citato sed tantum loquitur de possibili, ut bene Bassolius ponderavit, & ait assignari non posse rationem repugnantiam ex parte causarum naturalium, cur virtute ipsarum interdum redire nequeat idem effectus, & in hoc approbat certam opinionem ab eorum, in quantum, scilicet, loquebatur de potentia, non de actu, & assertio Scoti sic intellecta probatur quoad singulas partes, & quidem quoad primam quod viribus naturae non redeant effectus omnes, jam probatum est contra Platonicos; Quod vero non redeant aliqui, inde probatur, quia impedimentum, quod obstat reparationi minus, obstat quoque reparationi aliorum, ut mox patebit. Quod tandem assignari nequeat ratio repugnantiae ex parte causarum naturalium, sed tantum impedimentum ab extrinseco, probatur, quia ratio praecisa cur causa creata, ut ignis indifferenter omnino se habens ad producendum hanc, vel illum calorem in hac aqua, producat hic, & nunc illum, & non illum, est determinata a prima causa procedens, per quam determinatur ad hunc potius singularem effectum singularem producendum, quam alium ex multis & ferè infinitis, quos habet in sua potestate, atque ita determinatur adhuc effectum singularem producendum, ut nunc cum ea concurrere ad illam, nisi semel ut diximus l. cit. & jam tradidimus disp. 8. Physic. qu. 2. art. 3. ergo impedimentum, necdem redeat effectus, prorsus procedit ab extrinseco, scilicet, ex sola Dei voluntate, non autem ex intrinseca impotentia causarum naturalium, & ita inter alios luculenter docent Rubion d. 43. c. 1. Bassolius qu. 2. Taret. in Poll. praed. c. de oppositis. §. Tertia secundum, & sequuntur Comibricenses; Suar. Hurtad. Averia, & alii Recentiores passim.

8. Quarto quaeritur, an causa naturalis possit saltem reunire animam corpori, & sensus est, supposito quod natura non

possit humana corpora in resurrectione reparare, sed hoc fieri a Deo, an quando virtute divina corpora erunt perfecte reparata natura saltem possit animas reparatas corporibus reunire. Asserunt Henricus quol. 11. quod 14. quia reparatio corporis humano a quocumque videtur, quod a natura possit anima illi corpori reuniri, quia illa forma est dispositio, quae necessitat ad unionem animae rationalis cum eo; in natura ergo est dispositio necessitans ad animationem; sed ad totalem dispositionem sequitur necessario illud, ad quod disponit, ergo &c. Communis tamen, & vera sententia, quam Scotus docet quod 2. citat 5. De tertio articulo asserit naturam neque unire posse animas corporibus per Dei virtutem perfecte reparatis; ratio est, quia anima, nec a seipsa, nec ab alia creatura potest illis corporibus reuniri; non quidem a seipsa, quia actio reunitiva est actio causae efficientis, forma autem, & efficiens non coincidunt in idem num. 2. Physic. text. 70. cum ergo anima sit causa formalis hominis, non potest esse causa efficiens ejusdem. Quod autem neque ab alia creatura talis reunio fieri possit, probat Doctor, quia secunda unio non est inferioris, aut imperfectioris ordinis a prima; sed haec ab aliqua creatura fieri non potest; ergo neque illa. Confirmat id ex Augustino in Genes. cap. 11. quia agens est praesentius passio, sed homo est simpliciter perfectior anima sua, sicut totum est perfectius parte, & quocumque alia substantia corporea potest esse causa hominis efficiens per talem reunitionem. Ad rationem in oppositum respondet Doctor, quod verbum illud usitatum de dispositione, quae est efficientis, debet sic intelligi, quod dispositio non fit ratio necessitatis, quod ipsa dispositio agens necessitatur inducat formam, ad quam est dispositio, vel necessitate simpliciter, sicut quando est merè naturale, vel necessitate secundum quid, ut quando agens est voluntarium, & dispositio fit agens, & hoc ultimo modo forma corporeitatis est dispositio necessitans ad animam non quod ex illa, vel virtute ejus sequatur animatio, sed quia ipsa dispositio agens necessitate conditionata sua dispositio inducit formam, ad quam est. Dices, anima in casu proposito naturaliter, & cum propehione uniret ad corpus ergo per naturam. Respondetur, quod uniret naturaliter, id est, secundum inclinationem, & non violentè, non autem naturaliter hoc est, virtute agentis naturalis id causantis, ut magis patebit ex mox dicendis.

9. Quinto tandem quaeritur, an resurrectio hominum sit naturalis, cuiusmodi respondet Doctor dist. 43. cit. quod 4. quod cum naturale diversis opponatur, nempe supernaturali, violente, & libero, quae voce quoque accipitur, & pertinet aliquando ad principium activum, interdum vero ad principium passivum; primo modo opponitur libero, & supernaturali; secundo violento, & naturali. Si igitur in mixto proposito naturale accipiat ex parte passiva, id est ex parte corporis, vel materiae, inquit Doctor, quod resurrectio dicenda est naturalis, ut naturale opponitur violento, quia tale passum ad talem formam naturaliter inclinatur. Si vero accipiat ex parte agentis; non erit naturalis, quia fiet ab agente libero, & ab agente supernaturali, qui mortalia corpora nostra vivificabit rationem utriusque dicit assignat Doctor, ratio igitur est, quia passum naturale inclinatur ad formam, quam recipit, unde materia illa, quae fuit in corpore humano sub forma carnis, ossis, nervi, &c. redibit, quae ad suam antiquam, & perfectam formam inclinationem habebit, & idem dicendum de corpore respectu animae, ad quam inclinatur, & a qua perficitur. Ratio secunda est, quia non recipit ab agente naturali ordinem habente ad illud agendum, sed supra totum illud, nullum enim agens naturale potest ad hoc peringere, ut mortuum aliquem resuscitet, sed solus Deus potest mortuos resuscitare, ut dicitur 1. Reg. & ex professo ostendit D. Augustinus in Enchirid. c. 84. ut quae ad 92. & lib. 22. de Civit. d. cap. 18. ut quae ad 24. Ambrosius in orat. de fide. Ref. & in epist. 1. ad Cor. cap. 15. Hieronimus epist. 61. ad Pammach. cap. 11. Demascent. lib. 4. fidei orthod. can. ult. & alii passim.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Resurrectione hominum generalis sit futura.

10. Errum esse, ac de fide, inquit Scotus dist. 43. quod 1. §. De secundo articulo, generalem hominum resurrectionem esse futuram, nam ut articulum fidei hoc exprimit cum Symbolo Apostolico, cum inquit, *Caris resurrectio mortuorum*, & Symbolo Nicenum, cum dicit, *Et exspecta resurrectionem mortuorum*, quam etiam Symbolum Athanasii, cum ait, *Omnes homines resurrexerunt cum corporibus suis*, &c. & subdit hoc idem etiam haberi in pluribus Scripturae locis tam veteris quam novi Testamenti, & quidem in veteri testamento Job.

89. Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspiciuntur mihi. Praeterea sunt aperta testimonia lib. 3. Machab. cap. 7. ubi unus ex pueris ait Apertis thronis aeterni. Tu quidem celestissime in praesenti vita nos perdis, sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in aeterna vita resurrectione suscitabit; infra; Potius est ab hominibus morti datos spem expectare ad Deo iterum ab ipso resuscitandos, tibi enim resurrectio ad vitam non erit, & inferius, sed enim mundi creator, qui formavit hominis natiuitatem, quae omnium invenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam. Et tandem cap. 12. habetur illustrissimum illud, ac vulgatissimum testimonium, quod in Missis defunctorum legitur, Vir fortissimus Judas collatione facta misit duodecim millia dragmas argenti Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum iuste, & religiose de resurrectione cogitans, nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis; ergo ex veteri testamento habetur ad Deo resurrectionem omnium hominum futura fuisse revelatam. Hoc idem probatur ex novo testamento, in quo habemus expressam Christi promissionem, sed praedictionem Joan. 5. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitae, qui vero male egerunt in resurrectionem iudicii, & Jo. 11. Martha fatetur resurrectionem, dicens de Lazaro mortuo quia suscitatur in resurrectione in novissimo die, & Paulus etiam pluribus in locis resurrectionem carnis futuram praedicat, ad Roman. 6. ad Ephes. 6. 1. ad Corint. 15. ad Thesal. 4. 2. ad Timoth. 2. & Actib. Apost. c. 17. & alibi frequenter. Denique hoc idem probatur ex omnibus Patribus, & Ecclesiae Doctoribus, & praesertim ex August. l. 1. de Doctrina Christi. c. 1. 19. contra Faustum c. ult. l. 4. de Trin. c. 3. l. 1. 10 in Genes. c. 7. & alibi frequenter, item ex Ireneo, 1. 5. adversus haeretic. c. 14. Tertull. de Resurr. carnis per totum, & pluribus aliis, ut videtur potest apud Suarez in 3. part. tom. 2. disp. 50. sect. 1. Brancatium nostrum disp. 2. de Resurrectione mortuorum art. 3. & alios. Cum igitur hoc sit certum, & de fide, restant solum dubia quaedam declaranda circa hanc materiam contingentia.

11. Primo quaeritur, an per rationem naturalem probari possit resurrectionem esse futuram. Hoc quaesitum movet Doctor d. 43. cit. quod 2. pro cuius resolutione inquit in primis certum esse, non esse per se notum naturaliter, seu lumine naturali hominum resurrectionem esse futuram; dupliciter enim aliquid dicitur per se notum lumine naturali: ut ipse antea dixerat 4. d. 17. q. un. A. & d. 26. q. un. F. vel per modum principii practici per se noti ex terminis, ut quod totum fit majus sua parte, vel per modum conclusionis a tali principio dependentis, & necessario consequentis, neutrum autem modo per se notum est resurrectionem hominum esse futuram, haec enim propositio, homo mortuus, & in pulverem conversus resurget non est nota ex terminis, neque per modum conclusionis ex principio sic per se noto dependentis, siquidem natura rei semel corrupta regressum adeo refugit ut sit commune Philosophorum axioma, a privatione ad habitum non dari regressum, ut constat ex lib. Praedicament. cap. de Oppositis, unde Arist. 8. Physic. text. 36. ait, quod quae corruptantur secundum substantiam, non redeunt eadem numero, sed specie.

Confirmatur, quia si esset per se notum altero ex duobus modis jam relatis, resurrectionem hominum esse futuram, Sadducaei in lege peritissimi cum negare ausi non fuissent, & tamen eam omnino negabant cum Christo disputantes Matth. 22. Mar. 12. & Luc. 2. & Paulus Apostolus eam Athenis praedicans concivis affectus non fuisset, ut novitatem sciret, sicut legitur Actuum 17. quod quidam Epicurei, & Stoici Philosophi dicebant cum eo, & quidam dicebant, quid vult semivertibus hic dicere? Alii vero, novorum Demonioum videtur annunciator esse, quia Jesum, resurrectionem annuntiabat eis, & tandem in fine capituli legitur, quod cum audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant eum, quidam vero dixerunt; audiemus te de hoc iterum, & cap. 26. cum eandem mortuorum resurrectionem praedicaret, reprehensus a Fausto fuit, tamquam stultus his verbis *Inanis Paulus*. At si hoc dogma de mortuorum resurrectione fuisset per se notum lumine naturae, plane inter Apostolum, Philosophos, Stoicos, Athenienses, viros alioquin doctissimos tanta, & adeo acris contentio non fuisset; nam potuissent eos Apostolus evidenter convincere, cum principia per se naturaliter nota sint propositiones aeternae veritatis, evidentes, & invariabiles, ut quod totum sit majus sua parte, quod libet est, vel non est, & similia. Denique quod resurrectio hominum sit futura est praecipuus fidei articulus, ut

supra dictum est; ergo talis propositio non est per se naturaliter nota, fides enim pro objecto habet revelatum, & obcurum, alioquin de ea haberetur scientia, & non fides, & haec est communis Doctorum sententia nemine excepto.

12. Secundo quaeritur, an ex parte materiae probari possit naturaliter resurrectionem hominum esse futuram, pro cuius quaesiti resolutione advertendum est in homine duplicem esse materiam, scilicet, remotam, & proximam, remota est materia prima, proxima est corpus humanum ex suis partibus constans similibus, est dissimilabilibus. Materie remotae correspondet forma corporis organici, quae a solo primo efficiente reproducitur cum suis dispositionibus necessariis ad animam rationalem in resurrectione recipiendam; materiae vero proximae correspondet anima rationalis corpus humanum informans. Hoc supposito inquit Scotus loc. cit. resurrectionem hominum esse futuram demonstrari non posse demonstratione propter quid desumpta ex materia sive remota, sive proxima hominem componente, quae est etiam communis omnium sententia, & probatur, quia quod homo constet ex materia remota, ad ejus resurrectionem probandum non sufficit, siquidem non est naturaliter notum materiam nunquam esse destruentem, & quando etiam hoc notum esset, non adhuc inde sufficerent colligeretur hominem ex ea constantem, & jam corruptum esse de novo resurrecturum; non enim consequentia necessaria est, alioquin idem quod de omni composito tam animato, quam inanimato concludi deberet, cum omnia ex materia constent. Neque etiam ex materia proxima, id est ex ratione corporis potest id demonstrari, quia etiam ratio haec est omni elemento, & mixto communis, unde si de illis hoc non convincitur, neque etiam de homine; tum quia si hoc non concluditur ex compositione materiae remotae, quae incorruptibilis est propositio saltem philosophica, tanto minus id convincitur ex compositione materiae proximae, quod est corruptibilis sit radix reparationis, ut potius destructionem pariat, eamque semel secutam fovet, & conservet. Tum tandem quia si ex materia remota, vel proxima hominis post ejus destructionem posset ejus resurrectio, ac reparatio sufficeret, ac evidenter deduci, hoc utique Philosophos non latuisset in demonstrationibus de rerum naturalium effectibus valde peritos. Quare concludit Doctor quod 2. cit. ab initio §. Respondeo, quod si ratio aliqua naturalis resurrectio nem ostendit, oportet, quod accipiat ex alio, quod est proprium hominis, ita quod non conveniat aliis corruptibilibus, hoc autem non est materia etiam incorruptibilis, nec forma aliqua destructibilis, quia est talis sit in homine, & excellentior omni forma bruti, tamen ex illa non potest summi ratio sufficiens ad probandum resurrectionem totius atque ideo oportet, quod accipiat a forma specifica hominis, vel ab operatione conveniente homini secundum illam formam; quare ad hoc vestigandum proponit ulterius, & discurret sequentia quaerita.

13. Tertio quaeritur, an per animam hominis possit naturaliter concludi futuram resurrectionem. Ah hoc quaesitum respondet Doctor loc. cit. non satis obviam esse rationem naturalem ad probandum animam intellectivam esse per se formam hominis, specificam; quod causa fuit, ut Averroes id negaret, & diceret formam hominis specificam esse omnium irrationalem, & sensivam aliis animabus excellentiorem, & subdit postea, quod esset naturaliter notum, quod anima intellectiva sit per se forma hominis, tamen ex hoc non potest naturaliter probari, hominum resurrectionem esse futuram. Quod autem non sit facilis, & obvia ratio naturalis ad probandum animam intellectivam esse formam hominis specificam, probat Doctor examinando, & resellendo rationes; quibus id probari solet a pluribus Philosophis, & Theologis, ex propria hominis operatione deductas, scilicet, intelligendi, siquidem forma innovescit ex operatione, sicut materia ex transmutatione, intelligere autem est propria hominis operatio, quarum rationum examen potest videri in textu. Deinde refutat aliorum rationibus id ipse probat, quia habemus in nobis aliquam cognitionem objecti sub aliqua ratione, sub qua non potest esse actus ejus aliqua cognitio sensitiva; ergo &c. antecessens probat pluribus experimentis, quibus homo experitur multam infirmitatibus se cognoscere, experitur enim in nobis, quod cognoscimus actu universale, v. g. ens, vel qualitem sub ratione aliqua communiori, quam sit ratio primi objecti sensibilibus etiam respectu supremae sensivitae. Experitur etiam, quod cognoscimus relationes consequentes naturas rerum etiam non sensibilibus; item quod cognoscimus relationes consequentes naturas rerum etiam non sensibilibus; item quod cognoscimus relationes rationis, quae sunt secundum intentiones, scilicet, relationem universalis generis, & speciei, &c. & oppositiois, aliarum intentionum logicalium. Experitur insuper nos co-



scilicet. & expresse deducitur ex l. c. Matt. 24. Misere Angelos suos cum vobis, & vobis magna, & congregabunt electos eius a finibus ventis, &c. sic etiam dicitur Augul. in Plal. 49. super vers. 11. Congregate illi sancti eius, ubi ait, quod vox divina; & prophetica videns futura, tamquam presentia, exhortatur Angelos congregantes, inter enim Angelos suos, & congregabunt ante eum omnes gentes; sic pariter Hieronymus in eundem locum ergo per Angelos fiet haec adductio, seu congregatio electorum ad locum iudicii. Et quamvis aliqui dubitarent, an etiam reprobi bonorum Angelorum ministerio, vel potius malorum sine congregandi in loco iudicii, & hoc secundum magis approbaverint, eo quod loc. cit. Matth. de solis electis merito fiat. Adhuc tamen probabilis est, quod etiam reproborum congregatio per Angelos bonos fit facienda, nam rationes id probantes de collectione cinerum, idem pariter probant de eorum congregatio, & adductione facienda ad locum iudicii, & hoc etiam deducitur ex eodem loc. Matth. 24. cit. ubi ait, quod excitavit Angeli, & separabunt malos de mentis iustorum, talis autem separatio ab eis fieri non poterit, nisi bonos in aera ducendo mox in ignem eternum mittendos, & adhuc expressius idem habetur Matth. 14. his verbis: In consummatione saeculi mittentur Angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, tunc isti subleventur ergo Angeli boni colligent simul, & congregabunt in consummatione saeculi bonos, & malos, iustos, & reprobos ad locum iudicii adducendos. Neque officit quod in c. 24. dicit Mattizus, quod Angeli boni congregabunt electos nulla facta mentione de reprobis, quamvis enim ibi fiat mentio iustorum, non tamen reprobi excludunt, sed vel intelligitur pars pro toto, vel de eis fit specialiter mentio, quia specialiter quoque, & glorioso modo isti congregabuntur rapti in aera obvia Christo Domino, non sic reprobi, qui miseri relinquuntur in terra vallis Josaphat, vel tandem de solis electis ibi fit mentio, quia ipsorum tantum est resurrectio proprie dicta ad vitam, reproborum autem ad mortem sempiternam, & damnationem.

37 Quarto dicendum est, quod dispositio, seu organizatio factitatorum corporum non fiet ministerio Angelorum, quorum actio in solo motu locali terminatur, sed virtute, & efficacia Christi, & illa formatio corporum erit in instanti, ita Scot. l. c. 5. De secundo dicit, quod probat, quia Angelus non poterit illam formam substantialem inducere in materiam, virtus autem divina est potius successiva agere, & successiva inducere formam, sicut virtus creata, tamen magis congruit, quod illa virtus formam inducibilem in instanti inducat in instanti, quia nunquam est successio necessaria, nisi propter aliquam defectum agentis. Hoc etiam tenet Suarez, l. c. cit. contra quosdam dicentes etiam organizatio corporis faciendam esse opera Angelorum, quod evidenti ratione impugnat, & reficit, quia Angelus, non potest vi, & efficacia naturali materiam alterare, aut ad formam substantialem deponere, fingere autem elevari, ut instrumentum ad huiusmodi actionem, voluntarium est, & sine ullo fundamento, alioquin ea dea ratione dici posset efficere resurrectionem ipsam, ut instrumentum Dei, quod supra impugnatum est, quia tam Scriptura, quam Patres hanc effectum Deo specialiter tribuunt excludendo concursum purae creaturae tam per modum causae principalis, quam instrumentalis, & argumentum a prima hominis creatione, & formatione corporis Adam recte applicari potest, ut advertit Hiquens l. c. in Comment. nam ex nullo speciali ministerio videtur Angelis convenire actio instrumentalis magis respectu secundae formationis, quam respectu primae, neque ex modo loquendi Scripturae, neque ex natura actionis magis excluduntur Angeli a prima hominis formatione, quam secunda, neque Patres aliter de utraque loquuntur, ut procedunt ex potentia, & sapientia Creatoris, sed in prima hominis formatione Angeli cooperatores non fuerunt, nec per modum causae partialis principalis, nec per modum instrumentalis, & oppositum fuit error Philonis, Cerinthi, Basilidis, & Manichaeorum, qui verba illa facimus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, respective etiam ad Angelos intelligebant, quasi ad illam formationem ipsi quod cooperatores fuerint, quem errorem damnat communis sententia Patrum Ambrosii, Basilii, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Augustini, & aliorum, quia verba illa Ad imaginem, & similitudinem nostram ad Angelos nullo modo referri possunt cum ad eorum imaginem, & similitudinem non sit homo; ergo &c.

Confirmatur, quia nullibi legitur in Scriptura Angelos aliter ad hominis resurrectionem fore cooperaturos, quam colligendos electos a quatuor ventis per collectionem illarum cinerum, aut ipsos ad iudicium convocando, supposito quod in di-

versis locis, & non in uno resurgunt, de quo infra q. seq. aliam ergo efficaciam ex doctrina Scripturarum, & Patrum in proposito eis tribuere non possumus.

38 Quinto tandem dicendum est, solum Christum Dominum sine ullo Angelorum ministerio nostram resurrectionem unionem, & proprietates omnes, ac perfectiones inde consequentes, ita hanc animatio sit a solo Deo immediate, ita Scot. q. 1. cit. 5. De secundo dicit, quomodo autem Christus etiam ut homo erit causa nostrae resurrectionis, iam declaratum est art. praeced. Adde deinde, quod hanc animatio non erit tantum in instanti propter rationem dictam, quia scilicet est a solo Deo immediate, cuius virtuti activae nihil resistit, sed necesse est eam esse in instanti, quia non potest esse successio in receptione formae, nisi propter partes formae inducendae, vel propter partes corporis, quarum una prius recipit formam, quam alia, sed neutrum potest poni in hac animatione corporis organizati. Non primum, quia illa anima in unico gradu in quo creatur, remittitur, ita quod licet pars aliqua corporis possit esse perfectior alia, tamen hoc nihil facit ad propositum ad successivam unionem ipsius animae. Nec secundum potest dari, scilicet de primo animabilis, quod cum est proportio animabilis primo, ita quod nihil eius potest animari, nisi totum simul animetur, licet forte de multis partibus corporis, quae non sunt simpliciter necessariae ad animationem, ut sunt manus, pes, & ceterae partes, una polita animari prius, quam alia, sed loquimur de prima animatione. Adde denique animationem fieri in eodem instante, in quo formatur est corpus, & organizatum, quia organizatio corporis est dispositio necessitans ad animae infusionem, quatenus Deus eius creator ita struit, non ante in eo, quod simpliciter, & absolute loquendo repugnat corporis organizatum ab eo anima conservari posse. Et tandem quatenus, eandem mutationem inducat forma corporis, & animae, oportet respondere, quia forma corporeitatis per veram mutationem inducitur, cum eius privatio duratione in materia praesens, quae praeinde formam illam recipiens aliter se habet, quam prius, unde formatio corporis fit per veram mutationem, non sic eius animatio, sed anima inducitur, quia non praesens duratione privatio formae in materia, id est, animae in subiecto proximo, quod est corpus, nam in eo instanti, quo nata est inesse privatio inducitur forma, & sic vera materia mutatio non intervenit, ad quam requiritur subiectum duratione praesens, aliter enim non haberet, quam prius, sicut subiectum prius fuisse, quod in proposito non contingit, cum anima corpori reumatur in ipso eiusdem organizationis instante.

ARTICULUS TERTIUS.

Cur mortuorum resurrectio sit futura.

39 Primo pro resolutione huius quaestio de causa finali, resurrectionis generalis hominum, supponendum est ex dictis lib. 3. sent. disp. 4. de Divina voluntate. Quam in suis operibus ad extra non habere pro fine per se aliquid creatum quia a creaturis in operando non dependet, sed tantum seipsum, iuxta illud Prov. 16. Utique si propter seipsum operatur Dominus, impios quoque ad suum malum, ideoque nullam suorum operum causam finalem creatam, que sit vera, & propria causa, assignari posse, sed ea sit finalis omnium operum ipsius ad extra est aliquid divini attributi, & manifestatio, ut v. g. potentia, iustitia, misericordia, &c. & licet in Sacris Scripturis aliquando causae quaedam vel motiva insinuari soleant, ob quas Deus ad extra operari dicitur, ut v. g. cum dicitur Joann. 3. sic Deus dicitur, ut filium suum unigenitum daret, & in Symbolo Propter nos homines, & propter nostram salutem de Coelis, & ceteris de similibus, &c. tamen ut etiam advertit Brancatus in notis ad 1. part. 3. de causa finali resurrectionis art. un. revera proprie, & in rigore non sunt fines, neque motiva, quibus Deus ad haec operanda moveatur, quia res creatae non sunt fines, neque motiva, quibus Deus ad haec operanda moveatur, quia res creatae non sunt fines Dei, sed materiae, occasiones, & obiecta, circa quae vel sunt attributa Dei, ac in eis operando referunt, & ad extra manifestantur, unde quando dicitur, quod Deus sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & quod propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Coelis, &c. non dicitur, sed hominis bonum est verum, & proprie illius incarnationis obiectum Dei charitas, & misericordia, sive horum attributorum obiectum, & manifestatio homo vero est terminus, seu obiectum, circa quod Charitas Dei, vel misericordia exercetur, & sic Deus operando ad extra semper pro fine seipsum habet hoc vel illud divinum attributum ostendendo in hac, vel illa operatione. Hic ergo cum inquiritur causa finalis resurrectionis hominum generalis in die iudicii, aliud non quaeritur, nisi

propter quod Dei perfectionem exercendam, & manifestandam fiet talis resurrectio, & quodam est obiectum, seu terminus, ac effectus talis exercitii. Hoc sufficit.

40 Secundum dicendum est, resurrectionem hominis generalis fieri in ostensionem, & exercitium Divinae iustitiae quoad premium bonorum, & supplicium malorum in a iura, & corpore, ita DD. Patres communiter, & clare deducitur ex Scripturis, praesertim ex 2. Corinth. 5. Omnes enim manifestati oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout vult sibi bonum, sibi malum, ubi Licetus ait, oportet nos manifestare ante tribunal Christi, id est ante iudicium eius potestatem, ut referat unusquisque propria corporis, id est penam, vel premium pro his, quae gessit vivens in corpore. Quod adhuc magis declarat Ozemenius in c. 3. epistolae 1. Petri dicens. Omnes enim nos manifestati oportet ante tribunal Christi, non animis corporibus nudatis, sed una cum corporibus, ipsique incorruptibilibus; quomodo enim nuda anima referret ea, quae per corpus peccata sunt? si enim non est iudicium, cum duo in eodem peccaverint, unum dimittere, totumque erimen in alterum transferre; ergo ad iustitiam exercendam pro peccatis commisis circa corpus humanum, vel circa totum conjunctionem ex anima, & corpore fit resurrectio, & ad utrumque puniendum, quod hinc resurrectio hominum generalis adhuc clarius expresse habetur in symbolo dicens: Resurgere habebunt omnes homines cum corpore suo, & reddentur suis de factis. propositis rationibus, & quod non est in verum aeternam, qui vero in aeternum aeternum, & idem habetur in pluribus aliis Scripturis locis, quae pro hoc tamquam dogma de fide determinatum est Conc. Lateranensi 4. cap. 1. ubi habetur in cap. Firmiter, de Summa Trinitate, & Fide Cathol. ubi inter caetera de Christo dicitur, quod i. venaturus est in fine saeculi iudicaturus vivos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis, quam electis, qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quae nunc gessant ut recipient secundum opera sua sive bona fuerint, sive mala, illi cum Diabolo poenam perpetuam, & illi cum Christo gloriam sempiternam; & ita ad verbum Conc. cit. ergo ob iustitiam exercendam resurrectio est futura, & hic est finis eius.

41 Tertio, quoniam vulgus, & imperiti lapsus conqueuntur, quod in hac vita iusti, ut plurimum indeliciter vivunt, & felicitate in illis, & laetitia homines, unde & Ieremias ipse c. 22. munitur malorum prosperitate dicens: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui percurvantur, & inique agunt ad has quaezelas collendas, & iustam iustitiam manifestandam omnium resurrectionis in iudicium, Deus, ut unicuiqueque vita ad amulum examinaret, & iuxta opera sua conferentur in iudicio extremo, ita D. Aug. 20. de Civitate Dei c. 1. ubi loquens de novissimo iudicio inquit. Ille quoque in corpore proprio vocatur, eo quod nullus erit ibi inopere quereles locus, et iustus ille felix, & cur iustus ille iustus, omnium namque tunc non nisi bonum vera, & plenissima felicitas, & omnium non nisi malum digna, & summa infelicitas apparebit. Ita etiam dicitur Joann. Dabascen. l. 4. Fidei Orthodoxae, 28. dicens. Si non est resurrectio, non est Deus, nec providentia, verum omnia casu aguntur, & seruntur, esse enim plurimos iustos homines ceterum, qui egeant, & iniuria afficiantur, neque ulla in hac vita opte subleventur peccatores contra, & flagitiosos opibus, atque omnium delictarum genere circumstantes. Equis autem mente praeditus hoc aequi iudicij, aut sapientiae, ac prudentiae esse existimet? Erit igitur resurrectio, nam cum Deus iustitiae laude praesert, & iis quoque, qui cum patientia animo expectant, mercedem perolvere. At hi quidem anima sola in virtute palatrea decerta vit, sola quoque cooptant oblitescit. Et si sola in voluptatis eno fe volutavit, sola quoque merito pognas licet. At cum nec substantiam inter fe discretam habuerint, nec animam virtutem, vel vitium sine corpore voluerint, merito proinde ambo simul, aut praemis, aut penis afficientur, haec Damasc. loc. cit. & tandem sic etiam dicitur Christostomus homil. 1. de Resurrectio. ubi contra resurrectionem sic obicit in persona alterius ut solvens objectionem magis haec veritas pateret. Quid est hoc? ergo qui multo studio, labore, & miseria vii resurgit, & Graecus, & impius, & idolatra, & qui ignorat Christum etiam ipse resurgit, & simili honore fruatur. U ne talia dicens conturbetur subdit postea. Etenim peccator omnem quoque corpore incorruptibilia sunt, & immortalia, sed hic ondo resurgentem, & vitium cum resurgunt, ut imperantur, nam cum illi ignis fit inextinguibilis opus est illis corporibus, quae ipsa nunquam consumuntur, ita Christostomus loc. cit. quibus significat etiam malorum, & reproborum resurrectionem, quibus in mundo feliciter vixerunt, & fore in ostensione divinae iustitiae.

42 Quarto praeterea idem ratione ostendi potest, quia

causa finalis iustitiae universalis est ostensio, & exercitium Divinae iustitiae distributivae pro meritis singulorum, resurrectio autem generalis fiet, ut omnes, & singuli ante tribunal Christi iudicantis compareant in die iudicii de factis propriis rationem reddaturi; ergo &c. Major patet ex sententia iudicij, sententia autem hinc causae indicat, dicitur enim Mat. 25. Tunc dicitur his, qui ad dextris eius erunt, venite benedicti Patris mei, possidetis regnum vobis paratum a constitutione mundi, & ceteris. & de dextis ubi manducate, sicut, & de sinistris ubi bibite, quidam erant, &c. Deinde sententiam contra reprobos fulminans dicit: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, & ceteris. & non debetis ibi bibere, manducate, sicut, & non debetis ibi bibere, manducate, &c. & postea concludit textus postea inquit fanteat an laram. Ibiat hi 23 supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam, & ita iudicium erit completum, cuius finem contat aliam non esse, quam divine iustitiae manifestatio nem. Ita enim docet Scotus 4. dist. 47. q. 1. 5. De secundo, ubi plures adduceo coarguentias, cui iudicium univertale sit faciendum, hanc praesertim a lignis ex Apostolo ad Rom. 14. & 2. ad Corinth. 5. ut manifestetur iustitia sententiae iam datae in iudicij particularis in morte singulorum, etiam huiusmodi iustitia exercetur in morte cuiuslibet iuxta illud Ecclesiast. 11. Iustitiam iudicium, ubi erit, & est de fide morientes in mortali in infernum damnaturi, mortuorum vero in gratia, vel ad Coelum huiusmodi evolare, si nulli remor illis peccata sunt debitorum, vel ad Purgatorium transire, & utque ad consummationem purgationis inibi decerni, sed iura in secretis iudicij, subdit Doctor, quae sunt circa singulas personas, licet sit iustitia, non tamen omnibus est manifesta, ideo ratioabile est, quod Deus habeat aliquod iudicium generale, in quo manifestetur sententia, vel iustitia quam exercuit in iudicij particularibus, & coarguentur, ut id o nibus appareret in finali iudicio. Et haec veritas sancta quoque fuit in Concilio Tolosan. 5. cap. 1. ubi habetur Christus venturum in hac expeditione scelerum eorum resurrectionem omnium ipsorum suo iudicio redditurum in iudicij praemia, & poenis poenis, quibus verbis significat eandem esse finem iudicij finalis, & resurrectionis hominum generalis, nimirum divinae iustitiae manifestatio nem in praemio bonorum, & punitione malorum.

43 Denique aliam etiam finem proximi, & particulares resurrectionis huius assignari possunt, & revera praecipuus est ille, velut a priori, quem assignavimus in principio D. operationis huius, quod a beatitudo, quae in clara Dei visione, & fruitione consistit, non tantum est solius animae rationabilis, sed primario, & adaequate ipsius hominis ex corpore, & animae constantis finis ultimus, & quia hanc finem homo consequi nequit in vita mortali, opus est, ut post hanc vitam eum consequi possit in homine integre exsistens, quod fieri nequit, nisi per iteram corporis resurrectionem, & novam cum eo cohaerentem in inter unionem, alioquin dicendam esset nullum unquam futurum a hominis finem in quo homo ipse ex anima, scilicet, & corpore constitutus finem suum ultimum assequi valeat, quod est absurdum, ut ibi dicitur est. Sed quamvis alia plura possint assignari motiva, cur resurrectio corporum sit futura, primum tamen, & principale, ac omnibus aliis praesertim est utilitas Dei, ut ait Hugo Pratenfis in Dominica Resurrectionis; iust in enim est inquit ille, qui ad Deum, & apud homines quod ille amatur, vel praemittitur, qui peccavit, vel meruit, sed omnino operi, nostra sunt anime, & corporis simul coniunctam enim ex anima, & corpore operatur, non anima, vel corpus, sed ut videmus, in vita ista nec boni praemiantur, nec mali puniuntur, multa etiam partium iustis in separatione autem anima a corpore anima vadit ad gloriam, vel poenam, corpore hinc in terra remanente, ut igitur iusta sit retributio, oportet dicere, quod anima rursus coniungatur corpori, ut si simul cum ipso nequam, vel puniatur iuxta illa sententia meritum, quod solum pro resurrectionem fiet ita ille.

QUESTIO TERTIA.

De causa materiali, & formali Resurrectionis.

44 Expeditur quae pertinet ad causam efficientem, & finalem resurrectionis, in praesenti quaestione de causa materiali existimandum est, sive subiectiva, & de toto eo, quod resurgere debet, singulique eius partibus intergralibus, ac pariter de causa formali, sicut quae omnia comprehenduntur, quae ad formam, & formam corporis spectant, & ad quam etiam reducitur eius resurrectio circumstantia, quae sunt locus, & tempus, quo nimirum in loco